



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

De Poenis. Tit. VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

1614. M. CCCC. XXXII. s. Idus Martii, Pontificat. noſt.
Anno 27.

CAP. IV.

Transiſſi tenore dactum conſtitutionem, dicit quod hoſpi-
talia ſancti Iohannis ex ſtatuto, conſuetudine, vel privilegio ha-
berent annuatim beneficiorum vacantium, percipere debent por-
tionem, quam habent beneficia obtinentes, ſi in illis eſſent reſi-
darii.

Iohannes XXII. Maſſario & fratribus hoſpi-
taliſancti Iohannis Hieroſolym-
itani.

Publica nobis ex parte veſtra petitiō continebat, quod
Eccleſiam noſtram conſtitutionem per nos editam, qua ſpe-
cialiter de conſuetudine, privilegio, vel ſtatuto, qui ra-
tionem diſtorum annuorum fructus primi, vel ſecundi, vel
alterius cuiuſcuſque ſequentis anni beneficiorum va-
cantium ſibi habentis in torum vendicaverant, nihil ex-
tra ultra ſummam, pro qua unumquodque benefico-
rum ipſorum conſuevit decimam ſolutione taxari, præ-
terea cuiuſvis privilegii, conſuetudinis, vel ſtatuti quovis
modo perciperent: ſed ipſius ſummæ perceptione duntaxat
deberent eſſe contenti, totali reſiduo prædicta ob-
tinentibus beneficia remanſuro: niſi forſan illi, qui fru-
ctus illos ſoliti eſſent cum integritate percipere, malſent
ipſam habere reſiduum, & obtinentibus beneficia dimi-
nutionem memoratam: quo caſu percipiendi quod
malſent erat eis optio derelicta. Quamvis aliam de-
clarationem conſtitutionem fecimus, in qua ſpecialiter
crevit, quod ſi huiſmodi beneficium obtinentes in
eccleſia in qua ſpecialiter illud beneficium exiſteret, mi-
niſter reſiderent, ad debitum ſervitium impendendum,
capitulo eiuſdem eccleſie nihil deberet accreſcere: quum
reſiduo cauſa, ceſſare debeat pariter, quod vigeat.
Quod ex verbis declarationis huius ſatis innui vide-
batur, quod fructus beneficiorum non reſidentium ac-
creſcere debeant habentibus annalia memorata. Ven-
tium ex eo, quod in declaratione dicta non continetur ex-
preſſe de perceptione annuorum beneficiorum vacantium
nobis debitorum de prædictis conſuetudine, privilegio,
vel ſtatuto quoad fructus non reſidentium in eiſdem, qui
nobis accreſcere debent, nihil ad huc commodum af-
ſecti ſonant: licet (ut præmittitur) dicti fructus capitu-
lo nobis accreſcant. Quare nobis humiliter ſupplicatiſtis,
in quod in huiſmodi declaratione noſtra tacite innui-
tur, deſignare expreſſius dignaremur. Nos itaque pe-
titionem veſtram juſti conſonam æſtimate, ac prop-
terea in hæc parte quieti & ſedemitati veſtra proviſerit.
Volentes, præſenti oraculo declaramus, quod fructus
beneficiorum eccleſie vel beneficij vacantis, cujus ſignalia, in
quibus conſiſtunt, debentur vobis ex privilegio, conſue-
tudo, vel ſtatuto, etiam pro ea parte, quæ obtinentibus
preſentibus vel beneficium huiſmodi (ſi in eccleſia, ubi
conſiſtunt, perſonaliter reſidentium ſacerdotum) debe-
antur, ſi non reſident ibidem vere vel interpretative, ut
propter ſpecialis privilegium Apoſtolicum, vel alias ex
cauſa rationabili ab huiſmodi reſidentibus legitime excu-
ſentur: cum dicta pars (ut præmittitur) capitulo non ac-
creſcat, vobis accreſcere debeat, ſecundum intentionem
& naturam declarationis memoratæ. Nulli ergo omni-
um hominum, &c. ut ſupra. Si quis autem hæc attentare
praſumpſerit, ſicut ſupra. Datum Avin. Calend. Martii,
Pontificat. noſtri Anno 5.

L. adgere, s. quamvis, si de iure patroni, cap. cum essent, de
app. titat.

DE PœNIS.
TIT. VIII.
CAP. VNICVM.

Episcopus Caturcen. propter varios excessus per ipsum perpetrâ-
tus, proſortum quia ſedi Apoſtolicæ ſuis ſubditi & ſubſcriptiſurra-
tus fuerat, varias penas incurrit: quoniam perpetua depoſitionis
ſententiã incurrit, privatus, ſuis pontificali, ſacerdotali & aliis
quolibet officiis, & ad perpetuum carcerem condemnatus. Delin-
na iſtâ hie nobis tribuitur: ut ſalvati cognoviſſimus crimina &
exceſſus, pro quibus prælati depoſiti ſunt. Facti ad hoc & verita-
tu, extra de dolo & contum. & c. ex literis. & c. tanta eſt elevat.
Parti de exceſſibus prælati. Et niſi antiqui libri hoc e. ſub tit. de
pœnis, annotaviſſent, ſub tit. de exceſſu prælati, poſitum fuſſent.

Iohannes XXII.

DIVINIS exemplis, quæ noſtrorum debent eſſe
ductum regula, patenter inſtituuntur, aures no-
ſtras ſubditorum à ſuis præpoſitis oppreſſorum,
indebitè & aggravatorum iniuſte non obturare clamori-
bus, ſed ipſis ipſas potius compaſſivis affectibus inclina-
re: ut ſi per ſolerti inquisitionis indaginem clamores
huiſmodi opere a completos eſſe viderimus, liberatio-
nis opportuna remedium ſolliciti ſtudio apponamus:
poena nihilominus debita puniunt in hæc prætorum
qualitatem exceſſum illicitos oppreſſores. Omnipotens
etenim Dominus audit & clamore populi ſui, pro-
perdurantiam eorum, qui operibus præerant, dolentis, ad
liberandum eum defendendi, & ſuorum templi præpoſito,
qui iuxta nominis interpretationem in vias prævas iniquo
diverterat comminando, ſic ait: Expellam te de ſa-
cra-tione tua, & de tuo miſterio te deponam. Dudum ſi-
quidem fama gravi, clamore frequenti, & querela ſtebili
ſubditorum deferentibus nobis Hugonem Geraldum olim
Caturcen. Episcopum, de multiplicatis exceſſibus, op-
preſſionibus gravibus, enormibusque criminibus eſſe
reum: Nos mala huiſmodi nolentes ante credere, quam
probare, ſuper illis inquisitionem per nos & per alios ſe-
ri fecimus diligentem. Et demum inquisitionis ipſius
viſo & examinato proceſſu, luculenter invenimus quod
eius fuerat vitioſus ingreſſus, cum per ambitionem nim-
iam & per abrupta ſimoniacæ pravitate ad pontifica-
lem aſcendiſſet honorem. Progreſſus autem ejus (ut ex-
cerando conveniret initio) injurioſum exiterat, quoad
tria. Primo, videlicet quoad Apoſtolicam ſedem, cui
(licet ipſam honorariſſet in multis, & tandem ad episco-
paliſ dignitatis apicem promoviffet) terga vertens, non
faciem, conſpectum proſtrata, maleſcium pro benefico-
rio, & vacanteo reſulti pro honore. Appellationi-
bus inter dum ad ſedem ipſam ab eo vel officialibus eius
per ſubditos oppreſſos emiſſis, ne dum deſerre contem-
ptibiliter renuens, ſed ea verbo vilipendens & factio, ſuis
præcipiendo miniſtris, quod de appellationibus huius-
modi non curarent, ac nihilominus appellantes (qui
bus contra oppreſſiones debuerat eſſe appellatio ipſa re-
medium) nunc per captivitate injuriam, nunc per ſpo-
liationem beneficiorum, & alias indebitè aſſigendo
multipliciter, non abſque vitio ingratitudinis violans
juramentum fidelitatis ab ipſo præſtitum diſta ſedi: nec
veritas matris eccleſie tranſgreſſionem aperiam, non
nullis quandoque per ſuas patentes literas de vacaturis
mandavit beneficiis provideri, vias ad vacationem eor-
um aperiens nimis illicitas & ſuſpectas: pernicioſus
etiam fui, & frequens literarum Apoſtolicarum abuſor.
Secundo vero, quantum ad ſubditos, erga quos non pii
prælati vel paſtoris peregreſſi officium, quinimò tanquam
fur improbus, crudeliſque tyrannus ſub pallio charita-

a Gen. 11. b Exod. 7. c Eſa. 22.
Pppp 3

tivi labidii incultis terroribus, violentis & injuriis illatis, dolosis inductionibus, & fraudibus exquisitis, veluti recurfor iniquis, extorsionibus eos intolerabilibus prae-gravando: nunc binas in anno, nunc plures in die, nunc alias nimium excessivas, & ecclesiis importabiles, utpote multiplicato evetionum numero canonibus definito, interdum per se, interdum per alios procuraciones exigendo, pro libito visitationis officio quandoque nullatenus, & regulariter non ad fructum correctionis, sed ad fatu-rande cupiditatis affectum impensio, ad alios quoslibet il-litos, & damnatos, suum exauit frequenter ingenium, nec de modo, nec de causa curavit. Ex quum invenit subditos suis in hoc reprobandis affectibus non parentes, nec alias ab eis exigere poterit concupita, calumniosas de-laciones fieri, contra eos lites moveri, & diversa eis gra-vamina subdole, procuravit pluries inferri. Praeterea non citatos legitime, nec convictos etiam, aut confessos, suis privavit beneficiis, occasionem pro causa confin-gens, non rationem in his, sed tyrannidem potius profe-rens personalem. Multa falsa scienter instrumenta di-cavit, per suos illa faciens notarios publicari, & ut illis qualem ipse haberat, ad ecclesias praerber ingessum, institueri ei praefatos, seu institutionis suae eis conce-dere literas sepius renuit, nisi primitus certa sibi, & ma-gna pecunia propter hoc exoluta. Multa ecclesiastica beneficia, nunc permutationis praetextu, nunc vero sim-pliciter in suis manibus resignata, modo jure (ut praeten-debat) ordinario, modo super hoc (ut dicebat) Apostoli-co munimiae indulto de facto scienter contulit: interve-nientibus fraude, pacto, & simoniaca pravitate subjectas sibi ecclesias occupans; earum redditus usurpavit: & sic in suis fuit corruptus iudicis, processum eorum, & si-nem in pecuniarum commodum ordinando, quandoque justificans impium, innoxium injuste condemnans: sic & alios corumpere iudices pro obtinenda super oppres-sionibus inchoatis injusta victoria nihil fuit. Tertio, quan-tum ad se, ut qui sibi nequam existeret, nulli alii bonus esset, suae namque famae prodigus, se perjuriis patenter involvit, irregularitatisque laqueis irretivit, & (quod re-ferre pudet) in corpus suum fornicando peccans per con-tinuatam incontinentiae vitium, quo se dudum sedave-rat, pontificali postea decoratus honore, in sua ponere gloria maculam, & femora sua non erubuit mulieribus inclinare. In his quidem ejus sic reprehendendis in-gressus, sic scandalosus, perniciosus exemplo progressus, ut vitio hujusmodi, siue culpis nefcius finem imponere, & periculosus egressus, cum adeo forer in ipso habitata malitia, quod remanente sibi ad solita facultate) ini-quitatis opere voluntas sibi deficere minime speraretur. Propter quod, ne prioribus pejus committeret, illud so-lum effluamus salubre remedium, ut quod velle non poteramus auferre, eriperemus vel posse. Nos itaque super praemissis & pluribus aliis ejus nefandis excessibus cum fratribus nostris ex sano consilio deliberatione co-habita diligenter, in praefatum Hugonem Gerald, qui se omni honore ac dignitate reddidit tam indignum, qui-que ob suas iniquitates, ne praesit, est abiectus à Deo, suis ligatum peccatis, omnique honore ac dignitate pon-tificali jam privatum à Domino, de consilio omnium, & singulorum fratrum ipsorum, perpetuae depositionis sententiam duximus promulgandam. Pontificali enim, & sacerdotali, & alio quolibet officio privantes, & ad perpetuum carcerem condemnantes: ut ibi com-mittendis cessantibus agat penitentiam de commis-sis: Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrae promulgationis & condemnationis infringere, vel ei au-su temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & bea-torum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incur-surum, Datum Avinion. XV. Calend. Junii, Pontif. nost. Anno 2.

DE POENITENTIA ET REMISSIO-
NIBUS
TITULUS IX.
CAP. I.

Centesimo quoque anno visitationis officio Petri Pauli Apo-
stolorum, plenissima peccatorum venia conceditur.
Bonifacius VIII.

Antiquorum a habet fida relatio, quod eccle-
siasticis ad honorabilem basilicam Petri Apo-
stolorum de urbe, concessa sunt magna im-
munitates & indulgentiae peccatorum. Nos igitur qui ex
iura officii nostri debuit salutem appetimus de peccato-
rum libentius singulorum, huiusmodi remissionem de ad-
dulgentias omnes & singulas rates & gratas habentes
ipsas auctoritate Apostolica confirmamus & approba-
mus, & etiam innovamus, & praesentibus scriptis promul-
gamus, ut autem beatus Petrus de Palatio de Palatio
postulo eo amplius honoretur, quo ipsorum basilica de
urbe devotius fuerint a fidelibus frequentata, & de
ipsi spiritualium largitione & munere ex huiusmodi in-
quentione magis sentiant se referre: Nos igitur de omni
poenitentis Dei misericordia, & eorumdem Apostolorum,
ejus meritis, & auctoritate confisi, de fratre nostro
consilio, & Apostolica plenitudine potestatis, volentes
in praesenti anno millesimo trecentesimo, a festo pas-
chae, & in quolibet anno centesimo peccatorum, huius-
modi cas ipsas accedentibus reverenter, & confidenter
hujusmodi praesentibus & quolibet centesimo peccato-
rum, non solum plenam & largiorem, sed plenam
omnium suorum concedemus & committimus remissionem
peccatorum: Statuentes ut qui voluerint huiusmodi in-
dulgenciae a nobis concessae fieri poenitentiam de fratre nostro
& saltem semel in die: Si vero poenitentiam non voluerint
facere, simili modo diebus XV. ad basilicam eisdem accen-
dentes, simili modo diebus XV. ad basilicam eisdem accen-
dentes, & devotius frequentabunt. Nulli ergo omnium in
notam licet hanc paginam nostrae confirmationis, approba-
tionis, innovationis, concessionis, & confirmationis
infringere, &c. Datum Romae apud sanctum Petrum
Cal. Mart. Pont. nost. Anno 7.

CAP. II.

Annus Jubileus, seu plenaria remissio, quae in hunc
libet centesimo anno omnibus vere poenitentibus & confis-
santibus basilicis beatorum Petri & Pauli, per ipsam venerabilem
sede ad amorem quoque agendum reditur.
Clemens VI, Archiepiscopus Tarantensis
Jussit.

Vnigenitus Dei filius de sinu Patris in unum pro-
nus est descendere matris, in qui & ex ipsa matris
mortalitatis substantiam divinitati suae in inseparabile
nuptate, ineffabili unione conjunxit, id quod sine peccato
nens, & quod non erat, assumens: ut haberet unde Deo
minem lapsum redimeret, & pro eo satisfaceret Deo Pa-
tri. Vbi enim venit plenitudo temporis, & mille annos
filium suum factum sub lege, natum ex muliere, ut

a Vide Doffi scolasticus L. 4. tit. 23. c. 2. et c. 2. ad Gal. 4.
ent aperte, qua traditur in textu & ipsa, ad Gal. 4.
Luth. art. 17. & aliquos sequentes.

